

GEOR

GII VALLAE PLACEN
TINI VIRI CLARISS,
de Vrinæ significatione,
ex Hippocrate, Pau
lo Æginata, ac
Theophilo.

Item Galeni Quæstiones
in Hippocratem.

Dioclis epistola, de bona uale
tudine tuenda, ad Anti
gonum regem.



VD16

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

HENRICVS

SYBOLD ARTIS MEDI
CAE PROFESSOR,
Lectori S.



Receptum est usu, ac prope
modum solenne Medicis,
Lector amice, ualitudinē
humani corporis, iudicio,
& signis uenari, quod illa
corporis habitum, & *νεφάσις* fere repræsen
tet, ac pleruncq; uel præsentis morbi indica
trix, uel futuri nuntia deprehenditur. Uri
næ porro substantiam, aduenticias passio
nes, & significationes, Georgius ille Valla
honestarum disciplinarum ornamentum
non adumbravit modo, sed quasi penicil
lo suis (ut aiunt) coloribus faberrime ex
pressit, nō secus atq; Zeusis Iunonē Agrī
gentinis picturus, omnibus uirginibus in
spectis, quinq; liberalioris formę elegit, ex
q; bus quod erat in unaquaq; p̄cipuū emu
labatur. Ita Valla noster *Ἐπιτομὴν* de uris
nis conscripturus, diuersis Medicinæ auto
ribus prius perlustratis, quod erat ubiq;
opimum, & huic rei maxime appositum,

A ij

imitatus est, adeo foeliciter, ut spes sit, equū
Lectorem in hoc argumenti genere nihil
præterea desyderaturū, id nobis sane ita ui
sum est, sed suum cuiq; esto iudicium, id
unum est nostri instituti summa, ut
studiosis Medicinæ hac nostra
qualicunq; opera gratifice
mur, quā speramus
illis neutiq; fore
infrugifera
ram,
nam præ
ter orōnis mun
diciem, capiet hic Le
ctor utilitatem, breuitate iu
cundā. Et si qua est alia,
paruis rebus cons
iuncta gratia.

Vale.

∴

GEORGII VALLAE PLACEN
tini, de Urinæ significatione
ex Hippocrate.



Sana ac optima.
Prima Urina est, cum eius
alba fuerit ^{c. sedime} *ὑποστασις*, quam Hippo. 4.
substantiã dicere possumus, & 7. libro
& leuis, & æqualis perpe Aphorisa
tuo si morbus extiterit. Si morum
gnificat nanq; non diuturnam fore egritu
dinem. Si uero desit, ut puram quandoq;
mingat, quandoq; subsidat album quoda
dam, & leue, tum diuturnior efficitur mor
bus, & suspecta sanitas. *Subrufa.*
Si fuerit urina sub
rutila, necnõ si fuerit urina subrufa, & sub
stantia subrufa, & leuis, diuturnior hæc
quã prima, uerũ multo salubrior, Præ
cipites autẽ in urinis substantiæ, malæ, qui
bus adhuc peiores sunt etiam foliose, at te
nues, & albæ admodum malæ, quibus im
probiores furfuracæ, nebulæ suspensæ, &
mobiles in urinis, albæ quidem bonæ, ni
græ uero malæ. Si erit tenuis & rutila uri
na, ægritudinem significat crudam, at diu
turnam, & sine periculo esse non potest.
Lethalis autẽ male olens, & atra, & crassa
siue uirilil, siue muliebris, atra urina pess
ma, infantibus autẽ aquosa, quibus urinæ

tenuēs, & crudæ minguntur, diuturna cū
alia signa constiterint. Si his deorsum pe
tet hypostasis, & areæ supernæ innatarint,
licebit improbare, colliquesationis signū
est. Considerandæ porro urinæ, in quib
bus sunt nebulæ, sursum ne an deorsum
meent, quosq; colores habeāt, deorsum
labentes, cum coloribus iam memoratis
malas esse decet arguere. **Nec** te fallat uesi
ca ipsa egra, quæ huiusmodi aliquam red
dat urinam, nec enim totius est corporis
signum, sed ipsius per sese, quibus urinæ
crassæ, guttosæ, paucæ, non febricitantibus
copia ex his tenuis adueniens prodest, præ
cipue tales adueniunt, quibus à principio
uel e uestigio stabilitur hypostasis, quibus
urinæ exasperant scemur, hīs cephalalgia
aut adsunt, aut aderunt. **Quibus** urine per
spiciuæ albæ sunt improbæ, præcipue in
phreneticis apparētes. Quibus hypochon
dria sublata perturbata ilium dolore acces
dente, hīs alui humectantur, nisi natura di
stillationibus agantur, uel urinæ subsit co
pia, hæc sane in febribus. Quibus sanguis
uel pus mingitur renum, uel uesicæ exhula
cerationis est argumētum. Quibus in uri
na crassa existente minute caruncule tanq;
pili pariter adueniunt, hīs à renibus excer

κεφαλαλ
γία, aliquā
fit ex solo
malo tem
peramēto
corporis,
aliquādo
ex nimia
humorū
copia.

nitur. Quibus in urina crassa existente fur-
furacea eminguntur, eorum uesica scabies
scit. Quibus sponte sanguis mingentibus
exiteis & renibus significatur uenulæ fra-
ctura. Quibus i urinis harenosa subest ma-
teries, iis uesica calculefcit. Si noctu minga-
tur multum exiguum excrementum lon-
ga debilitate significatur. Quibus biliosæ
hypostases, superne autem tenuitates cele-
rem ægritudinem significant. Quibus in
urinīs insident bullæ ex renibus significant
ægritudinem, eamq; longam fore. Quibus
febrim uertigines & principio sunt, & pul-
satus capitis, & urina tenuis eis expectan-
da est, ad crises febris acumine augeri, nec
mirabor cum caput circumferri uidebitur
si in amentiam deciderint. Quibus pinguis
hypostasis, & accumulata, horror acutus
significatur. Quibus labor erit ex renibus
prædicta signa sint, laboresq; circa muscu-
los spinales extiterint, si in locis sint exteris
oribus, abscessus, quæ Græci apostemata ^{ἀποστήματα}
uocant foris, expecta futuros, sin in locis Latine ab-
interioribus fuerint dolores, abscessus in scellus.
interioribus fore expectato. Si sanguis nō
fluat, & stillet, stranguriaq; affligatur, dor-
lorq; ad perinæum ac uentriculū incidat,
significat circa uesicam esse ægritudinem,

A iij

quibus à principio urinæ sunt nebulosæ,
uel etiam crassæ, purgandi sunt, si cetera cō-
ferre uidebuntur, quibus à principio urina
sunt tenues, nōs medicamen ne exhibeas.
At si uidebitur clysteribus utere, ita
nanq; si curentur profuerit, quod futurum
quoq; est, ex urinis licebit conijcere. Nam
si densior, uel pallidior, melior erit urina, si
tenuior & nigrior, erit deterior, salutem
nanq; pronunciat. Hunc Hippocratis lo-
cū Galenus hoc modo interpretatur. Ma-
nifesto nunc crassiores tenuibus cōparans
dixit, non naturalibus, at tenues & nigras
pessimas, ad solas tenues effectas minime
concoctam significans egritudinem, inte-
gre nanq; tenuis aquosa est, & perinde etiā
alba. Quod si mutationes habeat, tempus
significat, & necesse morbum commutari
ad inequalitatem, in deteriorem & melio-
rem. Ex febribus inquit porro Hippocra-
tes, precipue morbis urinarum significatio
colligitur utilissima. Sed quoniam omne
contra naturam ab eo, quod est naturale,
inuenitur, & naturalibus sumamus princi-
pium. Urina igitur in sanitate, & habitu
bono constitutis hominibus optima, que
subrutila, aut subflaua, crassitudine medio-
cris, quæq; colorem non mutat, cumq;

emicta fuerit, leuem, & albam, & equalem perpetuo seruans hypostasim, iuxta bibentis rationem. In foeminis naturalis urina colore albior sit, qua uiri fere necesse est, maioremque habet hypostasim. At infantium crassa est hypostasis, propter puerorum uoracitatem, inordinatumque & intempestiuum motum. Leuem, inquit Galenus hypostasim uocat Hippocrates, continuam, & indiuulsam significare uolens. Leue siquidem opponitur aspero, equalē uero, ut in totum semper similem mingat, & manet concocta, neque deinde inconcocta, non utique hypostasim, uel profusionē totam habet inaequalem. Queramus igitur in naturali urina colorem, uel profusionis constitutionem, & quae à profusione inferuntur, ut nebulam sub nebula suspensam, & in fundo hypostasim, non dubium quin ad haec conuersa urina, inconcoctionem indicet in uenis esse. Optima quidem, inquit Hippocrates, urina est in egrotantibus, quae simillima sanorum urine, subuiridem, uel subflauam, & albam, & leuem, & equalem habens hypostasim. At deterior eleuationem habens albam, & leuem & equalem. Est porro hac inconcoctior, quae nebulam habet, quam esse subternubis

Leuis hypostasis

Optima urina quae

latam, in qua enim flatus est in profundo,
crassus, & inconcoctus. Si exiguus quis
dem sit, extrudit reliquam materiam, ut
ad fundum uasis deferatur, ipsamque dispe
scendo, dirimendoque uniri non permittit.
Quod si redundet inconcoctus in fundo fla
tus, attollit ad profusionis medium hypo
stasim, facitque eam sublimitate appellatam.
Quod si flatus impendio plus fuerit incon
coctus, ad extremum profusionis agit hy
postasim, quæ nebula nominatur, aut sub
nebula. Quanto igitur potuerit flatus dis
tribuere, nec sustollere hypostasim, tan
to inconcoctiorem esse urinam arbitrator
Quod si neque hypostasim, neque sublatio
nem, neque subnebulam, neque nebulam
urina habuerit, sciendum est morbum fa
cientes humores naturam concoxisse. Quod
si quandoque quidem habet hypostasim,
uel sublationem, uel subnebulam, uel ne
bulam, quandoque autem non pugnam
naturæ ostendit cum ægritudine. In pus
ris namque tertianis, & quotidianis, nebula
solum, uel sublatio sæpenuero ad mor
bi solutionem sufficit. Quandoque uero be
ne coloratam duntaxat esse urinam. Ple
runque color albus eius, quod intus apparet
illatum in profusione fallit ignaros, quod

hypostasim utilem, quæ non sit, esse opinantur. Euenit siquidē, ut crudus humor & albus cum urina excretus subsidat, præbeatq; uidendā utilem hypostasim, quandoq; iecore aut renibus languentibus pus cum urina excernitur & subsidendo, fallit etiam minus acutum artificem, sed prius definiendum, excutiendumq; est languescere hominem, aut ex renibus, aut ex iecinore, alioue membro, unde per urinam purgari consuevit, deinde etiam grauiter olens puris particeps inuenitur. At crudus humor per utiles hypostases distinguitur ab inequali substantia eius quod subsidet, neq; enim id sibi continuum manet, sed in minutas partes dispescitur, tanq; harenulas, neq; omnino leue est, sicut uera est hypostasis, subinde utilium urinarum, primum quidem apparet nebula, deinde succedens, sublationem facit, postremo resistens, in fundo uasis hypostasim facit, cum perfecte id concoctum fuerit. Verū in crudis humoribus statim ab initio in uasis fundo substernitur uis multa, quod non sit utilis, sed mala tota profusio, deinde pedetentim concocta & attenuata, ad medium suscollitur profusionis, facitq; sublationem. Cum uero attenuatior, ac concoctior eua

ferit, subsidet in profusione, & nebulam
facit, planeque ignaros fallit, ut existiment
in deterius lapsam esse ualetudinem. Si fu
Agrius erit urina magis biliosa, inquit Agrius,
Hippocratis interpret, & hypostasis simili
lis, debes euacuare, siue per urinas, siue
purgamine. Si biliosus fuerit color, hypo
stasis autē alba, erit bilis cū pituita utrunque
euacuato. Si color albicans, & hypostasis
rufa, seu manifesto, seu obscure, uel plus
fuerit, si potentia ualida, firmæque sint uis
res, mitte sanguinem ex uena, sin imbecilis
sit, medicamen adhibe, aut ei rei accom
modatum exhibe cibum.

Galenus questiones in Hippocratem.

Quid significat tenuis & pallida urina
nempe incoctam substantiam,
colore cōcoctam, imbecillitatemque
naturæ. Colore namque quod facilem con
coctu concoxit, nō utique substantia quod
sit collatu difficilis. Quod si ita diu feretur
& periculo immunis perdurare homo nō
potuerit, quoad morbus concoquatur.
Admodū namque tenuis urina perniciosam
significat cruditatē, quatenus calor, quod
tenuium partium est, depascitur.

Quid significat tenue & fuluum? nempe
pe tenue substantia, & fuluum colore, me-
lius est pallido, sed tñ substantia inconcocta

Quid significat rufa urina? nempe in-
concoctionem, non interitum, sed non
tam cito concoquitur, est namq; ex sangui-
ne putrido, qui necdum perfectam acces-
sit concoctionem, nec etiam suum color-
em, ob hoc morbum significat diuturni-
orem. In continuis autem febribus ui mul-
ta sanguinis excitatis, excernitur urina ru-
fa, & crassa cum hypostasi rufa, manifes-
tumq; ex colore, & profusionis substan-
tia, quod assistit incoctum esse, egritudinis
certæ incoctæ urina flaua quidem colore,
substantia uero tenuis.

Quid significat tenue mictum, & foris
turbulentum? Vtiq; inconcoctum ex cir-
cumfluentia crassi flatus, significat uero
naturam incepisse concoquere.

Quid significat crassa mictura, & pers-
manens crassa? Talis mictura ita perma-
nens est, ut iumentorum, pubescere ac ui-
gere significat crassos humores & spiritus
ut feruorem. In his capitis dolor, aut iam
præsto est, aut mox affuturus propter per-
turbationem, ac fumidas exhalationes, q̄
sunt in humoribus.

Quid significat crassum emictum, & de
inde perdurans? quiescere quidem in hu-
moribus ebullitionem, & attenuari, mo-
deratam significat quantitatem, hinc discer-
nendi esse principium.

Quid significat mictum tenue, & idem
perdurans? extremam inconcoctionem
id significat, nam si natura ad concoctio-
nem inclinare tentasset, nequaquam tale ex-
creuisset. Hoc autem fit, aut uirium imbes-
cillitate, aut obstructione, opilationeque,
aut ob ægritudinis longitudinem. Nam
quoniam longa quartana est in principio
ob multitudinem, & materiae difficultatem
urina directu difficilis tenuis mingitur, ue-
rum tenuis minuitur ob opilationem ieco-
ris, aut renum. Cæterum ex loci dolore
dinoscitur. Mingitur sane tenuis, & alba,
etiam in æstuosis febribus, quæ causi nos-
minantur, significatque amentiam immine-
re. Causus namque febris copiam significat
bilis, at diuturna urina non est, manifes-
tumque facit in uasis bilem non manere, sed
sua ad cerebrum euolui, ac uolitare leuita-
te, ac si amens non sit. Hinc noris fore, quod
si iam est, mingitque tenuem, & albam cum
interclusa febre, mortem proximam fore
prædicito, neque enim cerebri uires sustine-

καύσος est,
quæ cum
multo ar-
dore facta
febris, nul-
la corporis
remissi-
onem affert

bunt per febrim æstuosam immiffæ bilis
accorem, & difcerptionē iam putrefcentis.

Vnde nam oleofæ gignuntur urinæ?
Confuevit febris primo quidem pingue
liquefacere, deinde carnem, postremo fo-
lida exurit corpora, pingui ergo exufto,
oleofæ excernuntur urinæ, fenfim autem
eliquescit pinguedo, inde principium has-
bet, & afcentum, & uigorem. In princis-
pio itaq; colliquefactionis oleofi coloris
urinas facit, ut ambiguum fit, aquofæ ne
fint, an oleofæ. At in afcenfu oleum, effe
apparet, ut olei mixtionem iam habere ui-
deantur. Verum in uigore iam tam colo-
re, quàm fubftantia oleū effe dixeris, idq;
renum eft duntaxat, aut totius corporis,
ac fi renum fit duntaxat aceruatim huius-
modi excernitur multitudo cum multo ca-
loris fenfu circa renes, fin totius corporis,
pedetentim fumat incrementum.

Quid fignificant eruofæ hypoftafes?
cum iam depafta pinguitudo eft, & reli-
qua eliquescit caro, etiam eruofas in uris
nis excernit hypoftafes. Cæterum aut re-
num eft, aut totius corporis, ac fi ex renis
bus fuerit urina etiam cōcoctia eft, & eru-
ofas excernit hypoftafes, fi cruda, totius cor-
poris eft malum.

Quid significāt furfuraceæ hypostases? Cum febris depasta fuerit pinguedinem ad uasorum profundum, in putrefactione tum tales euadunt, angustiores foliosis, eis tamen crassiores excernuntur, quandoq; ex uesica, At si febris affuerit, totius corporis est malum, si minus, uesicæ solius, ac si urina fuerit inconcocta, morbus totius est corporis, Sin concocta, solius uesicæ, uerum locum suum obtinet dolor.

Quid pronuntiant foliosæ? cum solida oblanguescunt, primo nanq; multū abra duntur, ac si cum febrī uniuersum affligitur corpus, si secus, sola uesica. Ex uesica quidem sunt concoctæ, ex toto autem corpore crudæ.

Quid prætendunt in urinis hypostases præcipites ac suspensæ? cum febris profundum uasorum compræhenderit, & maiorem latitudinem assumpserit, & longitudinem ampliorem, fiunt furfurum hypostases, uocanturq; præruptiones. Cæterum prærupta duo significant, aut enim sanguinis torridam uim pronunciant, aut solidorum corporum ualidam colliquefactionem, ac si alba sit hypostasis, solidorum est corporum langor, sin rufa, id æ sanguine.

Quid

Quid significat grauiter olens? tabem ^{φθισις}
& naturæ futuram extinctionem. ^{Tabes}


Quid atræ significant urinæ? Cunctæ profecto hæ & crassæ omnino sunt & perniciosæ. Rarissime, aut prorsus nunquã atra inuenitur tenuis urina. Nigrum certe corpus aut propter tostum efficitur sanguinem, aut ob totius corporis refrigerationem, aut melancholico humore purgato. Trinæ itaq; hæ sunt differentiæ, quæ crassissimas obtinent substantias, ac crasse inueniantur atræ urinæ necesse est, in acutis profecto ægritudinibus perniciosa, ut plurimum atra urina est. Cum male olens & hypostasis atra fuerit, in ægritudinem acutam lapsam, talem urinam emingentem non mori impossibile est. Si sublatio sit atra, minus malum, similiter si nebulam, uel subnebulam habeat similem, mitius est malum. Siquidem atrum quandoq; frigiditatem ostendit, quandoq; caliditatem, seu quoquo modo uim torridam. Si igitur liuidum prius mingat, deinde ita fiat atrum, frigiditatem obtinet. Si fuluum antecesserit, inde in atrum conuertatur tostum, ex nimio calore ostendit sanguinem atrum euasisse. Nos utiq; ne prætereant quartana, & melancholica dissoluta amenia

B

atras excerni urinas, & crassas. Lienosi
nanq; tales frequenter emingunt, cum lan-
guens ita lien apparet. Nullam nanq; di-
gestionem, & apparitionem intendit in re-
dundantiam melancholicam. At nos ista
perniciosa esse pronūciamus in acutis egrit-
tudinibus, cum tam uiris quā̄m foeminis
atræ urinæ existunt esse pessimas, at infan-
tibus si aquosas. Minus uero erunt perni-
ciosæ atræ urinæ lienen habentium inuali-
dum, ac non ex estuatione, at ex frigidita-
te atratus liuescit quodam modo sanguis,
sicut aliorum quorundam, at id ex humo-
ris melancholici refusione.

Aliud præscriptum ex Paulo

Æginata.



Vrīa optima

Sicut in excrementis, ita in urinis con-
sualescentium ex ægritudine signa capi-
untur. Vrīna igitur optima est sanis
simillima. Huiusmodi autem est subfulua,
pariterq; subflaua, statim nanq; ea medio-
crem crassitudinem habet. Cum autem
turbidarum urinarum tertiæ differentię
est, aut enim eiusmodi urinæ emictæ sistūt
aliquantulum, aut stant propemodū sem-
per, aut puræ excernuntur, sed mox turs

Albæ euadunt, quæ est posita tertio loco
mala, æquabilis autem prima, at inter ut
tranq̃ est secunda. Verum postremo cruda,
quæ integre aquosa, utpote desperata
concoctione, uenoso genere liquecente.
Cum uero confestim euadit, circinus no
mine appellatus efficitur, at id crudarum
urinarum pessimum est, cum id tenue, &
album, ueluti aqua. Harum propinqua
urina est, in multis apparēs egritudinibus,
proxima fere tenui & albæ, hanc sequitur
quæ subpallida, at pallida si fuerit, & sub
rutila, concoquitur iam ex colore. Expe
dit autem ipsam etiam ab aqua separari, si
debeat colore ad unguem concocta intelli
gi. Si colorem naturalem integre custodi
ens, hypostasim albam, & leuem, & æqua
lem, & multam fecerit, concoctionis fue
rit absolutæ signum, ea nanq̃ copia mul
tum purgari humorē significat. Ac si cras
sior fuerit, mediocremq̃ aliquam habeat
hypostasim, non iam prorsus erit cruda,
nam si præruptæ fuerint, aut foliosæ, aut
furfuracæ, aut atræ, aut liuidæ, aut uirid
es, aut grauitè olentes hypostases, in uni
uersum cruditatem inesse significant, alio
qui sunt perniciosæ. Quæ autem coloris
sunt probati, aut hypostases albas, & leues

B ñ

& æquales, uel per similes aliquas nebulas
uel sublimes eleuationes, id omnium est
optimum urinarum, præsertim si huius
modi fuerit hypostasis. Secundo aut loco
sublationes, tertio nebulæ, ac prorsus quo
magis quæ in urinis apparent subsederint,
eo meliora iudicari debebunt.

Theophili de Vrinis sententia.

Scripturus de Vrinis Theophilus Me-
dicus, author sane celebris, ait primū
Hippocratem eorum de urinarum pro-
prietate dinoscenda præcepta posteris reli-
quisse speciosa, deinde Galenum Medicū
mirificum, tertio loco Magnetem, hosq;
præcipuos, & magnopere laudandos, hanc
tamen cognitionem ipsos non absoluisse
opinatur, neq; rem totam, ut par fuit atti-
gisse, multaq; scitu necessaria prætermis-
sisse, quæ diuino suffragante auxilio, se perfectu-
ra pollicetur, ut primum, quid sit urina,
deinde urinæ locum in quo gignitur, post
in quem excernatur, ac digeratur, moxq;
eruendam doctrinam, in genera, ac species,
ad differentias distribuendam.

Vrina igitur, Theophili sententia, est
sanguinis æstus, quem serosam quidam

*Suspiror dir. loq. du
Magnum, no Magnu
to. nixit cu pop
Spora Galeni for
noce meding pæ
Adhissimny in quæ ex
tut epigramma Lury
Ely to 3. epigram.*

Vria quid.

uocauere redundantia, alij aquosam, alij
 sanguinis saniem, ac de nomine non erit
 mihi controuersia. Generatur itaq; urina
 in uena, quæ stelenchiæa appellatur in si
 ma iecinoris parte dispersa, in qua uis est
 sanguinis effectrix. At eius ortus est huius
 modi, Sanguine constituto, exorta; in
 eo turbatione, quodcunq; in eo leue fue
 rit, in sublimem eleuatur, quæ flauæ bilis su
 perfluitas quædam innata est. Hanc uelica
 fellis excipit per iecoris propinquum mea
 tum, perq; eundem meatum, quicquid
 sanguinis terrestre, ac sæculentum est, lien
 attrahit, quod porro in sanguine aquos
 sum, excipiunt renes per uenam, quæ in
 medio sinu, idq; in urinam comparant.
 Quæsierit fortassis quispiam, cur biliosa
 uelica splenis ex simis partibus iecoris san
 guinis superflua excipientibus renes pro
 ximi aqueum superfluum ex eodem non
 exceperunt loco. Occurrendū id magnæ
 opportunitatis causa naturam obtinuisse.
 Stelenchiæa namq; uena, quæ sanguinem
 facit, in simis posita iecinoris locis, cōmit
 tit per ramulos suos cauæ uenæ ei, quæ in
 conuexo iecoris posita est, per quosdam
 meatus angustos, & staminosos. Cum er
go substantiæ sit crassæ sanguis, ac angu

Non hic sanie ampim? po
 sam q' pus, sed pro ro q' f
 q' uortur? exod Barbari
 Vrme generatio p'p'ul
 tra.

σελεχ
 χιουα

Humori qe
 neratio & fides

Obiectio.

Responso.

B iij

Ros non possit præpeditos meatus penetra-
re, ei opus fuit comite aquosa redundan-
tia, ut tenuitate serosæ superfluitatis facile
cum ipsa dilaberetur in uenam sinuatam
sanguis. Cum autem eadem superfluitas
in uenam sinuatam fuerit intrusus, excipi-
entes ipsum renes, in urinam comparant,
per urinam excipientes meatus, in uesicam
instillare compellunt. Ac si integer, ac pu-
rus sanguis effectus fuerit, eius quoque su-
perfluum erit huiusmodi. Sin casu aliquo
uis sanguinis effectrix frustrata sit eius, quæ
minus opus absoluator, fuerit impedita,
eiusmodi euadit & aquosum superfluum,
quæ uocamus urinam, ob hoc quandoque
tenuissimæ, & albæ apparent urine, quan-
doque crassæ, & albæ, crudiore euadente san-
guine, & imperfecto, effectrice sanguis pot-
estate, & cōcoctione facta uelut crudiore,
nonnunquam ex tosto, & ueluti feruescente san-
guine, eiusmodi ipsa quoque euadit redun-
dantia. Proinde talibus de causis etiã urina
specie cōmutatur. Dicamus itaque de na-
turali urina, ex integro pducta sanguine,
qualẽ esse opteat, et quo pacto sit optia de-
finienda, quæ naturalis est noiata. Inde dino-
scent excedens, uel deficient neutiq; sana, sed
illegitima. Est igitur naturalis urina eiusmodi.

Que optima urina.

Optima igitur, inquit Hippocrates, urina est, albam, & leuem, et equalem habens substantiam, substantia consequente mediocri, & colore detenti, ut sit perfecta diffinitio. Urina præcellens est substantia mediocri, hypostasi alba, & leui, & æquali, colore rutilo, & subigneo, quæ aliquantulum flavescat ob fulgorem, atq; diu id obtinebit. Galenus porro subrutilum & subflauum colorem optimum esse uult. At Magnes ignitum, & subrutilum. Nos uero in utrunq; medium, ac quęcunq; urine ab his quatuor fuerint immutatae, ut uel deficiant, uel redundant, neuiquam naturales dicendæ sunt, sed illegittimę. De colore tamen, & hypostasibus mox dicemus, interim de substantia loquamur. Quandoqui

De substantia urine.

Urine siquidem essentia, humiditas est, hanc humiditatem pleriq; sapientes Medici corporis humorem uocitarunt, ut sunt biles, & sanguis, quoniam in ipsa perfusio inspicitur. Huius nimirum constitutionis binæ sunt primæ differentia, tenuitas, & crassitudo, ex quibus mediocris q̄ mixta. Hæc igitur mediocris, quoniam naturalis est, nõ diuiditur tenuis constitutio, aut min

gitur tenuis, & ita manet, aut mingitur, de
inde ita turbidescit, quod prima extreme
inconcoquibilis sit. Turbida uero cras
scens concoquendi capiat principium ma
nifestum est. Itidem crassa scinditur bifas
riam, aut mingitur crassa, & ita manet,
aut mingitur crassa, at sistendo tenuis effi
citur. Ac prima quidem firmitudinem in
corpore ex humoribus uacillare, at se
cunda turbulentiam dispesci, concoctis
onemq; sanguinis effectricem suscitari.
Componamus igitur cum colore consti
tutionem, diffiniamusq; que ex ipsis signa
bene ualentibus hominibus, et quomodo
cunq; languentibus, & quoniam color al
bus cæteros anteit colores, & tenuis consti
tutio in constitutione qualitates, compo
namus primo colorem album cum tenui
constitutione, ac dicamus quot modis al
bus, & tenuis color intelligatur.

Vrina profecto multum alba, ac tenuis
ex hominibus sanis, multum potum signi
ficat cum largo cibo, magisq; si uinum sit
exile. Huiusmodi certe à pueris emicta
urina, mala. Aquosæ siquidem urinæ sunt
puerorum pessimæ. Est etiam cum ex uni
uersali imbecillitate, & infirmitate, ut in
sene naturali. Longæ autem ægritudinis

infirmitatem significat, quæ à quibusdam
claris Medicis nominatur ex morbo. sen-
nectus.

Vrina tenuis, & alba, & abunde miçta,
ac confertim διαβητικὴν significat, quam præ-
stantes Medici διαζέροισιν urinę uocitarunt,
nonnulli porro clarissimi dipsacum, quod
naturalis hominis non sit, sed contra natu-
ram affecti ob renum calidam distempe-
rantiam. Immenso tractu igitur contra na-
turā affectis renibus, eiusmodi exit urina,

διαβητικὴ
est immo-
derata uri-
næ expulsio
cū liti

Vrina tenuis, & alba miçta in febribus
significat ob huiusmodi humorem quoui-
dianā deficere. In frigida uero iecoris con-
tra naturam temperatione, tenues & albæ
emunguntur, ex opilationeque fiunt. Itidem
in languentibus ex renibus. In principio
quoque quartanarum urinæ tenues, & albę
emunguntur. In hydropicis quoque ex sus-
perfluenti causa tales euadunt.

Vrina tenuis, & alba, & æstuosa febrī,
quę causodes nominatur, ex ui magna fla-
uę bilis facta, & diuturna sublacione bilio-
sę superfluitatis sublimem arguit capitis lo-
cum compræhensum, & in parte capitis
anteriore factam inflātionem, in char-
tilagine delirium excitasse, ac si aliqua de
caussa delirium esset, aut per e naribus san-

guinis eruptionem, aut sudore in capite facto, urina tenui & alba exeunte remissio indicatur. Verum si urina eo modo facta, diuturnum adest delirium, ita affectus moritur. Nunc tempus est, ut de colorum differentia, qui sint, & quales, quantaq; possint constitutione componi, siue omnes, siue aliquę.

Colorum igitur primus est albus, eo deinde latius commutato sunt multę species, Glacies nanq; & nix, & calx, & aqua, alba quidem sunt, sed non supremum alborem nacta sunt omnia. E lacte factus, minor intelligitur, eo declinate est cornu perspicuum, aut sicut ceratoidis tunice oculi, quo declinante fit blandus color, is est subalbicans, ueluti lapis, qui onychites, ut ab alijs onychinus nominatur. Hi nimirum colores qualitate magis, & minus albi sunt. Si bilis quampiam admiserit color albus infectionem, in prima ratione subpalescere uideatur. Si plus acceperit incrementi, tum manifestę bilis color efficitur aquosus prior, secundus subfuluus, auro cōsimilis germano, inde igneus, auro perfecto cōsimilis. Subflauescens alius, cnico cōsimilis, inde flauus, Qui uero croco cōsimilis, deinde subrufus, ut ex albo colore fulgore ac

cedente, ut flammea infectio est, quem Galenium secuti, phœnicem uocāt, ita alij atq; alij dempto uel addito colore fiunt. Rufus autem, ut ipse sanguis est non turbidus, nam excedens aut deficiens non sanus, sed illegitimus iure habetur, sed ut uini faciem habens, uel ut nigrius uinū, aut purpureus ut iecoris color. Ceruleus porro uelut ex flaua bili tabidus, uel ualde tostus, uelut ictericorum, hoc est, arquatorum urina ut garus. Ceruleus color, Galeni definitione est hoc modo albus fulgens ad atrum huiusmodi accedens, ceruleum facit. Phœos uero ex albo, atroq; commixto, ut ficuū atrarum cum exaruerunt. Viridis, ut porraceus, croceum habēs colorem perfusum, uel ut gramen. Margarodes, quod & smargarodes dicitur, smaragdū referens, cunctaq; uiridia ex caliditate plus, minusue fiunt talia. Liuidus profundior est phæo, ut plumbum, quicq; corpori ex fontibus adueniūt, nigricantiq; corpora ex plosu cum flaccescunt, quod ex plaga fit, atq; etiam ex frigore, inde liquecit atrū frigiditatem aliquā quandoq; caliditatē significans. Si liuidus sit color, frigiditatem. Ultra uero omnes colores is magis, et minus latius admittit, plura namq; nigra dissimilia inueniuntur.

Ceruleus
color.

Ac de coloribus, qui egritudinem, sanitas
temq; possint promittere, hæc satis, nunc
eorum significationem indicemus.

Tenuis, & lacteus color, in principijs fe
brium adueniens improbus, ac in uigore
prodesse ostendit. Tenuis, & glaucus, &
blandus, cum tenuis fuerit substantia, crus
dus est, ut paulo ante ostensum est. Ceterū
colores ad album proxime accedētes, ipsi
quoq; inconcoctionē significant, nec enim
ab insito, naturaliq; colore colores inficiun
tur, ob id tenuis color cruditatem ostendit.
Tenuis subpallidus, ac pallidus, concocti
onis principium significant, nam natura
lis calor ut necessariam substantiā crassam
facere non potest, sed colorem utpote pro
cliuiorem, in principio concoctionis mu
tat. Tenuis subrutilus, & rutilus, priore
melior. Is nāq; significat ex urina insitum
calorem confirmari, quod urina plurimū
inficiat. Quod autem non possit materiā
crassam facere, ipsam inconcoctam nomi
namus. Huiusmodi urina ab aqua inter
cutem adueniens, periculum portendit, ut
aquosa commodum. Tenuis flaua, & sub
flaua substantia cruda est, colore non natu
ralem modo excedit, sed etiam materiæ si
gnificat indigentiam. Ex inedia nancq; ius

uenis etate ob materiae inopiam urine sub
flauae, aut flauae apparent, quod funditus
contra naturam calor aliquis redundet, bi
lis reduridantiam significans, quandoqui
dem immensa caliditas sanguinem uertat
in bilem, praesertim cum aestiuo tempore
diuturna fuerit inedia, qua tertianae fre
quentissime fiunt, quarum urine flauae his
de caussis. Vigilia etiam nimia & curae, &
labor, flauas ostendunt urinas. Ac de com
plexu tenuis substantiae, & quibus cum com
ponatur coloribus, haec satis. Nunc expo
namus eos explanando, tenuis albus, tenu
is lacteus, tenuis glaucus, tenuis subrutilus,
tenuis flauus, tenuis subflauus, nunc reli
qua prosequamur. Complexus aperiamus
mus crassae substantiae, dicamusque quibus
cum coloribus connectantur.

Crassa, & alba urina crudum humorē
in uasis multum redundantem significat,
alteriusque differentiae pituitas, ut materios
sam pituitam, necnon purulentam. Cras
sum namque emictum, et multum album, de
fectionem in articulis custodit, prius ea lan
guentibus, ac utcumque morbo laborantibus,
& inueteratis in multitudine crassos
rum humorum. Crassa lactis colore urina
concreti in sine ueniens, calculos in uesica,

uel renibus significat. Crassa blanda, & si
neutiq; turbida, perniciosum langore per
fusum in toto corpore ostendit. At si tur
bidæ fuerint, ut iumentorum, capitis dolo
rem uel adesse, uel aduenturum ostendunt.
Si perturbatę quoquo modo sunt, aut de
uoluuntur extrinsecus, calorem arguunt,
bullas in summa cute fore indicat, alioqui
eiusmodi crassa substantia in febribus cũ
multitudine urinæ, febris liberationem sig
nificat. Crassa subrufa, & si talis fuerit hy
postasis, longos portendit morbos, & à pe
riculo immunes. Crassa rufa idem ostens
dit sanguineum humorem fusum esse per
corpus, quemadmodũ in continuis febri
bus, & acutis ea pauxillatim emicta pericu
lum subesse significat, itidẽ in talibus emis
cta febribus, instabilis cum surditate, & ca
pitis dolore, colliq; & hypochōdrĩ arqua
tum fore ante septimum diem ostendit.
Crassa liuida, si in estuosa febrĩ, quę causus
dicitur, fiat cum capitis dolore, & uexetur,
& doleat, crĩsim indicat. Crassa $\delta\iota\nu\omicron\pi\eta$, id
est, uini faciem habens, ad atrum tendentis
in conualescentibus sæpe incurrentibus,
talis significat malorum liberationem, se
nioribus ex longo tempore liberationem
ut plurimum significat, tales in fine factæ,

in calculos humores commutari. Crassa
cerulea in fine ægritudinis adueniens, ar
quatum minatur morbum. Crassa uiridis
apparens, stranguriam significat. Crassa
nigra, ipso complexu purgationem me
lancholici humoris ostendit, quemadmo
dum in uigore quartanæ, melancholiæq;
liberationem, & frigiditate nanq; tales ex
unt, ac ex sanguine tosto. Ex talibus autē
causis crassescēs substantia tales indicat cū
crassa substantia colores fieri, hinc explora
tum tres esse nigræ urinae differētias, quod
crassior substantia quàm natura ferat urinae
hinc certum, nam soluta quartana, &
humore melancholico per urinas excreto,
apparent urinae crassæ, necnon atræ, simili
ter in morbo à melancholia soluto, etiam
reliqua per urinas excernitur melancholiā
faciens causa. Quod melācholicus humor
terrestris, & crassus, & niger, ob hoc urinā
facit crassam, itidē est tosto efficitur sauguis
ne, ut iam dictum, substantiamq; parem fa
cit, quod quæ in uasis humiditas tostura
humectetur, inficiaturq;, frigiditasq; mani
festo crassam reddit materiam colliquefas
ctiois ratione. Huiusmodi autem urinae
in febribus spasmum significant ex tostura
uel etiam aliter, nam in febribus acutis ta

Quibus
lotiū sub
stillum est
Græci hoc
uitiū *σπασ*
γαστρίαν uo
cant.

les cum sudore capitis, & colli, & dorsi totius aduenientes spiritus faciunt difficultatem, ac etiam aliter urina talis adueniens, in febribus acutis, cum graui odore, nullo afflicta malo uesica, interitum edicit. Ac de cōplexu substantiæ, cum qualibus consistere possint coloribus, memorauimus, diximus quoq; significata, & causas unde essent aperuimus. Iam de moderata dicendum substantia, quibus cum coloribus adueniat. Cum hac itaq; substantia, ut de cri- sibus inquit Galenus subrutila, et flaua cō- stat. Magnes aut rutila, & subrutila. Theo- philus uero inquit, non posse colores ali- quos conuenire, præter subrutilum, & sub- flauum, in medio rutilum habentes, quod sane hoc modo indicatur. Quoniam igitur diximus cum coloribus, qualisnam sit crassa substantia, edocuimusq; singula, De hypostasi disseramus, quæ optima, & quæ substantia eius sit, siue excedens, siue defici- ens, significataq; aperiamus in corporib; sanis, ac ægris, quæq; ex ipsis præsagia effer- ri possint, ad quæ aperienda, Summi, Opti- miq; Dei fauor adsit. Ab optimaq; hypo- theseos constructione ordiamur.

Præstabit ab hippocrate Medicorum omnium Principe sumere exordium, ita tradente

tradente, Si febris, inquit compræhendes-
rit, per tria Corporis interualla, per longis-
tudinem, latitudinem, ac crassitudinem, ta-
lia furfurum fient ἀδρομορροεῖα, hoc est,
magis prærupta. Sectiones namque frumen-
ti cum molitur uolitantes, ἀδρομορρῆ prisca
Græcorum lingua dicebantur. Fiunt era-
go huiusmodi præruptæ urinæ, aut ex uas-
lida solidarum partium attritione, aut san-
guinis magna tostura. Cæterum si talia si-
gna sint alba, solidorum est morbus. Si ru-
fa, sanguinis, ut inquit Hippocrates, nam
in febribus perniciosum sit hypostasim ha-
bere præruptam, & aliter in febribus uetus-
ta urina præruptam habens hypostasim,
totam salubrem significat hypostasim.

De grauiolentia urina.

Grauius olens urina, corruptionem si-
gnificat. Urina tætri odoris, & uellicans,
& urēs, tabē significat, & rursus in febribus
aquosa, & albicās urina, in albis sanguinis
fluxibus grauius olens, uacillationē cessatu-
ram ostēdit, & aliter in febribus acutis cras-
sa urina, & grauius olens, uesica non lan-
guente, interitum significat, uel urina odo-

C

rem grauem habens, colliquesationem,
& putrefactionem, natureque extinctionem
praesagit. Nunc de complexu dicamus cum
subrufo colore, talis namque color suilli san-
guinis, cum quo si qua sit crassa substantia
longitudinem egritudinis significat. Quod
si subrufa sit urina, hypostasis quoque subru-
fa, & leuis, assistat uel rubor cum crassa sub-
stantia, affluentiam sanguinis ostendit. Si
urina fuerit rosacea, significat albam bilem
redundare, ac si in medio nubecula sit nigra,
lethale est, quod si atra non sit, sed aliter,
noris esse totam bilem in toto corpore.
Victus ergo omnino sit succus ptisanæ,
enemataque urinam mouentia adhibeat Me-
dicus ex aqua rosacea, & ptisanæ succo,
stomacho, & iecori epithemata extrudenda
adhibeantur, ut farinæ ordeaceæ, & psyl-
lium, quæ à necandis pulicibus quidam di-
xere herbam pulicariam, cum oui albumi-
ne, quod praesentissimum existimatur reme-
dium, oxyphœnicus cum semine cucume-
ris, acidorumque pomorum succus. Sin cro-
cea appareat, & sublatio atra sit, interitum
significat. Sumito tamen trinas urinas die
una, uel etiã noctis, ac si omnes specie persi-
similes sunt, moritur, At si differunt, ut ab

ba una sit, altera flauior, huius crissim indi-
cat. Quod si citrea colore, & hypostasis al-
ba uideatur, ut siligo, cito excretā esse egris-
tudinem. Victum suggere igitur egrotan-
tium, uinumque aliquantum, idque tenue pos-
tandum dato, stomacho extrinsecus appo-
nito ex omphoceleo comparatum masti-
chino oleo. Quod si color sit albus, nec ta-
men purus subsidens, ut siligo, at circa su-
premū circumtegens araneosa crusta, cuique
profunditur subter ostendit tanquā albo-
rem lactis. Scito hanc egritudinem ex fris-
giditate exortā, & perinde stomachus em-
plastris obuoluendus. Sin superne obtes-
gentem obduxerit pannum, et profusio sit
pura, intra dies quinque morietur, aut ad
summū decem. Si colore mutabitur, sitque
substantia crassa, intra dies duos morietur,
si iuuenis, sin senex, tres, aut quatuor. Sci-
endum urinam iuuenum, uel adolescentū
ac pubescentium, citri colorem habere na-
turalem, estque aliquantulum subrufa, ac uir-
ilis albior, senum similis puerorum, muli-
ebri albior, quā uirilis.

Quid tenuis urina.

C ij

**Substantia
urinæ.**

Est tenuis ex prima substantia difficilis
concoctu, fitq; alba. Est autem substantia;
ut hic accipitur, seu constitutio concoctio-
nis qualitas discretrix, seu subiectæ rei per
crassitudinem qualitas. Hæc in tria diuidi-
tur, in tenuissimum, crassissimum, & tem-
peratū. Rursus inconcoctio tribus de cau-
sis efficitur, aut ex imbecillitate potentia,
aut copia potuum, aut quod exhibita con-
coctu difficillima sint. Color ipse sui gene-
ris habet rationem, quod ad decem prædi-
camentorum aliquam reducatur qualitas
Color tem. Color igitur est qualitas concoctio-
urinæ. nis discretrix, quæ in sex distribuitur, in al-
bum, pallidum, rutilum, flauum, rufum, ni-
grum, quorum alij remissionem, alij inten-
sionem admittunt. Remissio quidem sub-
iectæ rei imminutio, Intensio autem in co-
lorem alterum permutatio. Albus ergo
habet per suam latitudinem aquosum, un-
de & eius appellatio lacteus & lacte. Glau-
cus qui perspicuus, ut cornu. Blandus qui
lanis camelorum subalbicantibus assimu-
latur. Vt ergo albus in concoctione omni-
fariam, ita niger copiosam tosturam signi-
ficat extremus, alboq; oppositus. Horum
igitur mediij, alij inconcoctionem, alij to-

stam uim habent, est quidem pallidus al-
bo uicinus, quod paucum colorem admit-
tat. Rufus propinquus nigro, sanguinis
multitudinem indicans, ut iam dictū, aut
tosturam. Flauus suam habet mixturam
à fuluo, & rufo, non iniuria igitur fulget,
quod ex igni splendescat. At fulgorem à
rufo capit, ut ex ordine igniti colores sint,
albus, pallidus, fuluus, flauus, ruber, niger.
Fit igitur ut dixi pallidus, cum pauca bilis
aqueum colorarit, Fuluus, cum plus infe-
cit, itidem flauus, cum impensius, Rufus,
à sanguine, Niger, ex tostu aliorū aliquo-
rum, ut extremam inconcoctionem albus
significat. Tenuis igitur, & alba urina, tria
præcipue significat, generaliter quidē uis-
rium debilitatem, aut opilationē, atq; ob-
structionem, aut destitutionem bilis poten-
tię imbecillitate, ut in senibus. Insitus nāq;
nobis calor aliquando exundat, aliquādo
increscit, aliquando sistitur, quandoq; mi-
nuitur, & minutus quidē plus intenditur,
quandoq; minus, minuatur minus in crus-
dis senibus. Plus autem in senibus est fris-
giditatis, & humiditatis, ut potestas ipsorū
suggiletur, & ingesta minus concoquūtur,
ac crudescunt, & perinde non satis ex sens

tentia digeritur, neq; sanguinescit, quæ cū non integre fiant, nequidem urine idonea; concoctio recte fit, ac fertur tenuis, & alba, ac in longis ægritudinibus, quandoq; in principio, nonnunq; in fine fertur tenuis, & alba urina. In principio quidem sicut in quotidiana ob pituitæ imperium, quæ cum crassa sit, vias obstruit, & uelut trudendo urinam, ea fertur tenuis & alba. In fine autem ob longitudinem afflictationis, cū vires imbecillitate concoctionem non possint rectā efficere, efficitur propter obstructionem, ut in quartanis cū sanguinescente iecore sex plurima generatur, sed minus humoris biliosi, bili non generata melancholicum humorem imperium exhibere necesse est, ac urinas esse nigras oportuit. Verum quoniam crassa, ac terrestris est essentia, grauat, premiturq; ac deorsum fertur, ob hoc urine neutiq; colorescunt, ac crassitudine obstruuntur itinera, per quæ meat urina, & perinde fertur tenuis, & alba. In nephreticis porro, ut cum calculo generato in renibus, aut pituita ibi uulso obstructis mingendi itineribus, urina excollatur, dissoluitur inquam, & fertur tenuis, & alba. Aliud quoq; hæc urina osten

dit malum, nam si in æstiuosa, ut causo ap-
pellata, febrî hæc appareat urina tenuis, &
alba, delirium fore pronuntiamus, ne quis
opinetur ob feruorem continuum fieri.

Causodes igitur febris tabescēte bili
mouetur, & intra uasa materia
infectionē habens, urinam
inficiat necesse est, si in
terim tenuis uri-
na, & alba
appa-
reat in uas-
sis, non pmanet
bilis, sed sua leuitate
ad cerebrum ascendit. Si
urina existente tenui, & alba, &
febrî causode, neq; ullum sit deliriū
ipm fore p̄sagimus, ac de urinis hæcenus.

F I N I S.

DIOCLIS

EPISTOLA, DE BONA
ualetudine tuenda,

Diocles Antigono regi Salutem.

Quoniam omnium Regum doctissimum, & in grandeva iam etate, uniuersae Philosophiae, Mathematicaeque studio, clarissimum te uideo, haud alienam a regia maiestate fore putans, eam Philosophiae partem, quae salubria docet, mone re te uolui hoc meo commentariolo, unde hominibus morbi adueniant, quibus notis depræhendantur, atque quibus praesidijs eis occurrendum sit. Ut enim in caelo nunquam tempestas oritur, quam non signa quaedam praecedant, quibus nautae, caeterique haud imperiti homines tutiores reddantur, ita humanam naturam nullus unquam afficit morbus, qui non signo aliquo possit praesagiri. Itaque haec nostra praeccepta suscipere, & ea pro uiribus obseruare ne graueris.

Homini corpusculum in quatuor partes diuidimus, Caput, Thoracem, Ven-

trem, Vesicam. Igitur cū caput quid pas-
 surum est, hæ solent notæ præcedere, uerti-
 go, capitis dolor, superciliūrum grauitas,
 aurium tinnitus, punctura temporū, oculū-
 rum in matutino lachrymæ, & cligas-
 tio, olfactus hebetatur, atq; dentium gingi-
 uæ atolluntur. Cum aliquid tale præsens
 seris, caput purgare oporteat, non quidem
 medicamento, sed uel hyssopi, uel origani
 capita trita, quæ in aulula ferbuerint, cum
 musto, aut decocti cyathos tres sumere, in-
 de os in ieiuno abluere, atq; gargarizando
 humores à capite deducere. Hac capitis
 affectionū curatione, nulla alia leuior est.
 Optimum quoq; præsidium fuerit, Sinapi
 ex mulso calido dilutum, in ieiuno sorber-
 re, atq; gargarizare, donec à capite pituita
 defluat. Sed calefaciendum prius caput te-
 gumento est, ut eliquata pituita, pronior
 ad effluxionem reddatur. Negligentibus
 uero hæc, quæ iam proposuimus signa, hu-
 iuscemodi affectiones superuenire solent,
 Lippitudines glaucomata, aurium ruptus
 ræ, strumæ in ceruice, cerebri tabes, graue
 do, angina noctu, teredones, uua, capillo-
 rum defluxus, ulcera capitis, dentiū dolor.
 Si in thorace aliquid futurum est, his no-

γλαυκώ
 ματα, dis-
 cuntur ui-
 tia oculo-
 rū, ex hu-
 miditate
 cristallini
 humoris
 transeūtia
 in glaucū
 colorem

tis depræhenditur. Sudor uniuersum cor-
 pus occupat, præcipue thoracem. Lingua
 crassior fit. Spuunt uel salsa, uel amara, uel
 biliosa. Latera, scapulasq; dolor sine occa-
 sione infestat, uigilię, suffocationes, sitis affi-
 ciunt, animus ex somno tristior redditur,
 pectus, brachiaq; refrigerantur, tremunt
 manus. Hos prudenter hunc in modum
 curare conuenit. Vomitu quoad melius
 fieri potest utendum est, idq; post cœnam
 non crapulosam, sed sine medicamento.
 Vtiles uero sunt uomitus ante cibationē,
 quos *συρμαϊσμονες* uocant. Igitur qui sic
 uomere uoluerit, radículas tenues, nastura-
 cium, erucam, sinapi, portulacam mandu-
 cet, mox sumpta tepida aqua, euomat.
 Hæc uero signa paruipendētibus, huiusce-
 modi solent superuenire morbi. *πλευρίτις*
περιπνευμονία, melancholia, febres acutę
πλευρίτις, pleurenitis, lethargus, ardor cū singultu.
 Vbi aliquid uentrem læsurum est, his
 notis præscire licet. In primis uenter con-
 uoluitur, atq; in semetipso turbatur, cibi,
 potusq; amari uidētur, genuum grauitas,
 lumborum rigor, ita ut flecti non possit,
 totius corporis fatigatio, atq; sine occasio-
 ne crurū torpor, febriculę nō uehementes.

ἀσθμα
 apud græ-
 cos æstis
 matur de-
 sidiosa ob-
 liuio.

Cum hæc uideris præfagia, uentrē remol-
lire oportet, non medicamentis, sed uictu,
tutius enim est uti n̄s, quibus nullus error
accedere potest, ut sunt, Beta ex mulso elix-
xa, allia cocta, malua, rumex, mercurialis,
& quæcunq; melle condita sunt, hæc enim
omnia aluum subducunt. At ubi signora-
rum aliquod magis intēditur, cneci liqua-
men omnibus decoctis miscendū est, quip-
pe quæ & grata, & tuta est. Leuis quoq;
brassicæ ex multa aqua coctæ succus, quas
tuor fere hæminarum mensura, potui da-
tus, cū melle & sale, haud inutilis est. Atq;
si quis ieiunus aquam potauerit, in qua,
uel cicer, uel eruum fuerit decoctum, idem
consequetur. Qui uero prædicta signa ne-
glexerit, hos morbos timeat, uentris fluos-
rem, dysenteriam, intestinorum leuitatem,
uoluulum coxendicem, febrem tertianam,
podagram, apoplexiam, hæmorrhoides,
articularium morbum.

Vesicæ affectiones præuidentur, si exis-
guo sumpto cibo quis impleri uidetur, si
sint flatus, ructus, pallor totius corporis,
